



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. IV. Eadem. An proximiori possessoris emphyteusis ultimo morientis,
renovatio concedi possit & debeat, si adhuc alia extat persona
comprehensa in investitura, quæ proindè durare dicatur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

DE EMPHYTEUSI DISC. III.

19

ut in individuo bonorum istius Abbatiae firmatur per Rotam dec. 294. par. 2. rec. repetit. dec. 286. par. 3. quod etiam habemus in bonis Abbatiae Farfensis, quia licet formula concessionis sit etiam patet & providentia, attamen ob commercii necessitatem, consuetudo induxit esse hereditarium, ac bona redacta esse ad instar allodialium, ut habeatur in Farfen. Et in Mantuana feudi sub tit. de feudis disc. 10. & 52. & in alia Farfen. hoc tit. disc. 9. & 10.

Idque cum magno, satisque probabili rationis fundamento, quia cum major pars bonorum in regione existentium hujusmodi qualitatis esse soleat, hinc proinde, nimis commercii libertati præjudicatum remaneret, nisi hereditariam qualitatem, ac alienandi libertatem possessores haberent. Unde prodita etiam est consuetudo in hujusmodi locis, Ecclesiam teneri invitam renovare, neque posse pro se retinere, ut iuridica dispositio alias exigeret, ita ut in effectu restricatio concessionum ad certas generationes vel tempora, ut plurimum remaneat solum operativa quoad necessitatem obtinendi renovationes pro solutione laudemiorum, cum de cetero ob præsumptionem, quod bona fuerint privatorum, atque ab ipsis data Ecclesiis in protectionem, injustum esset corum naturam immutare.

Eoque magis præmissa procedere dicebam, ac difficultatem augeri, quia bona haec diu non remanserant in ista domo, ita ut intraret illa æquitatis ratio, de qua suprà in Forolivien. hoc eod. disc. ac etiam quia Ducissa mater eadem bona per concordiam dimiserat eisdem Roversis, unde reversa erant ad primum suum statum, proindeque cessabat favor agnationis, vel æquitativa ratio conservacionis bonorum in eadom, in qua longo tempore stetissent.

In dicta vero causa Forolivien. alterius personæ existentia subtilitatem dictarum resolutionum efficiunt, ut disc. sequenti.

E A D E M P R O CATHARINA DE MERLINIS C U M OLIMPIA DE MAMIANIS. Casus decisus per Rotam de Cathedra.

An proximi morientis possessoris emphyteusis ultimo morientis, renovatio concedi posit & debeat, si adhuc alia extat persona comprehensa in investitura, quæ proinde durare dicatur, subsidiariè vocata. Et aliqua de præscriptione vel amissione juris petendi renovationem, ac etiam de qualitate emphyteusis, an dicatur nova vel antiqua. Et quis dicatur primus acquirens necn.

S U M M A R I U M.

FAeti series cum decisione.
2 Persona vocata per investituram in defectum alterius succedit quamvis non haberet pro-

- ximitatem cum ultimo defiente.
- 3 Non intrat renovatio, ubi investitura non est finita, sed durat.
- 4 Si emphyteusis legitimè transferitur de uno in alium, tunc renovatio regulanda est ex proximitate huius secundi.
- 5 In emphyteusis ex pacto non potest emphyteuta quæ non sit primus acquirens prejudicare proximi vocato, vel petens renovationem.
- 6 Obtinetur ex transaktione dicitur obtinere jure antiquo & proprio.
- 7 Renovatus non dicitur novus emphyteuta, neque primus acquirens.
- 8 Ubi concessio facta est pro una tantum feminam, si plures extant, debetur antiquori.
- 9 Non petens renovationem statuo tempore, caduca jure suo.
- 10 Declaratur quando emphyteusis est temporalis, atque tempus est gratia terminanda concessionis, secundum est ulterius duratura, & renovatio fit ad alium effectum.
- 11 Ius petendi renovationem quantum duret.
- 12 Adversus longissimam præscriptionem datur restitutio in integrum ex capite ignorancia.
- 13 Non valenti agere non currat præscriptio.
- 14 An nepos ex filio prede facto investito veniat sub nomine filiorum primi gradus.

D I S C. IV.

Retenta facti serie, de qua in praecedenti, cum inanes evasissent labores in articulo concursus amitarum cum matre, atque adeò res progressa esset, quod licet deberet, probabilitatem non posset sperari recessus à decisio, dictæ vero questionis occasione accuratius revisa esset investitura, de anno 1620. per transactionem jure innovationis concessa Joanni de linea, in quam usque ab anno 1565. haec domus ingressa erat, quod scilicet concessa esset pro se ac filiis masculis, & si ipsi non haberet pro una filia feminam, quodque defecit omnibus masculis, præsertim dicto Joanne absque filiis masculis primi gradus, adhuc viveret Catharina ejus filia; Hinc proinde comperto, quod investitura adhuc duraret, ac successivè non intraret dicta questione renovationis, curatum fuit præfata Catharina admitti ad causam, atque dato dubio coram eodem Boulemon, An constaret de eius jure & interesse, sub die 5. Iunii 1668. affirmativa prodit resolutio, quoniam stante p̄moriencia Barbatianum filii dicti Joannis, verificata erat conditio vocationis unius filie feminæ, quamvis admitteretur illam per vulgarem conceptam esse. Et consequenter cum investitura adhuc duraret, atque adesset persona in illa comprehensa, ista admittenda erat jure successionis seu vocationis, quamvis non concurreret proximitas ultimi morientis ex illo genere, in cuius defunctuilla vocata est, ut in specie habetur apud Gabriel. conf. 8. j. numer. 12. & sequen. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 29. Rosenthal. de feud. cap. 7. quest. 41. num. 34. & quest. 42. num. 1. Falgin. de emphyteusis. de success. quest. 11. Rota dec. 22. num. 1. & 16. par. 7. rec. Romana emphyteusis 18. Februario 1656. Priolo; Renovatio enim, ut in praecedenti habetur, est quoddam subsidiarium remedium, per quod tacite seu sicè prior investitura jam expirata durare, seu continuare dicitur, & consequenter dari

DE EMPHYTEVSI DISC. IV.

dari non potest ficio, ubi adhuc durat veritas, neque subsidiaria suppletio ejus, quod adhuc durat.

Scribentes in contrarium, plura deducebant obiecta, Primo autem & principaliter, quod praefatus Joannes Catharinæ pater de anno 1620, ut supra innovatus, paulo post suum emphyteuticum cesserat Marcello, qui novam investitaram acceperat, de annis 1612. & 1630. & consequenter quoad ejusdem investitura durationem ac respectivè renovationem, attendenda erat linea ultima investiti, cum præcedens linea cedentis seu alienantis ita effecta dicatur extranea, Beninen, decis. 87. Gregor. & Add. decis. 348. num. 2. Et ceteri de quibus decis. 230. num. 16. & per totum par. 11. rec. & conferunt firmata decis. 182. par. 6. rec. de attendenda secunda linea, non autem prima, utpote post alienationem effecta extranea.

Scribens pro Catharina, dicebam hoc motivum esse considerabile, quando praefatus Joannes esset talis, quod validè in præjudicium ejus filiorum, praefatum jus emphyteuticum alienare, ac in totum, à se, ejusque linea abdicare, & in extraneam linam transire potuisset, quia nempe esset primus acquirentiitulo oneroso, cui etiam in emphyteusi ex pacto & providentia hujusmodi facultas conceditur, Quid in hac facti specie nullatenus verificabatur, quoniam quicquid sit, an summa soluta de anno 1620. ob innovationem ex transactione obtentam esset talis, quod ficeret acquirentem ex causa onerosa, cuius etiam contrarium verius videbatur, quoniam, vel nihil solutum erat, vel solutio potius percutiebat admissionem aliorum extraneorum; Adhuc tamen cessabat alterum requisitum, quod dici possit novus acquirens, Tum quia generaliter obtinens renovationem de necessitate debet tam juxta equitatem derivatam à l. i. ff. de aqua quotidiana & aſſiva, obtinere dicitur jure antiquo magis quam novo, tanquam per speciem continuacionis antiquæ investitura, ideoque in emphyteusi ex pacto per prædecessorem præjudicari non potest successori venienti jure sanguinis, ut ceteris deductis plenè habetur decis. 176. num. 5. cum sequen. & numer. 37. cum sequen. par. 5. rec. in Bonon. bonorum emphyteuticorum 10. Iunii 1648. & 11. Decembris 1661. coram Veroſio, & in aliis; Tum etiam quia renovatio sequuta non est ex Domini directi voluntate & gratificatione, quia nempe potuisset alias pro se retinere, sed sequuta est ex necessitate cum titulo transactionis, magis super remissione fructuum seu pensionum lite pendente perceptarum, & ab ipso Domino restituendarum, quam super jure innovationis tanquam per investituras adhuc durantem ad favorem dicti Joannis, & Joannis Baptiste ejus fratris jam canonizato per Rotam in iſta Ferolivien. 4. Decembris 1618. coram Remboldo, & 15. Martii 1620. coram Pirovano, quarum secunda est impressa dec. 192. par. 4. rec. tom. 2. Ideo que intrat recepta & quotidiana conclusio, de qua Bart. Caſtrenſis Iaf. & ceteri in leg. pro fundo Cod. de transact. quod obtinens aliquid in vim transactionis, obtinere non dicitur jure novo ab altero contrahente, sed jure proprio & antiquo, ita per transactionem tanquam speciem rei judicata confirmato, atque à dubio litis eventu certificato, & consequenter clarius intrat conclusio, de qua dicta decis. 176. par. 5. rec. & in aliis, quod renovatio non importat jus novum, sed antiquum, neque renovatus dici potest primus acquirens, unde propterea istud objectum verè nullam habebat subsistentiam.

Secundò objiciebatur de non legitimatione personæ aetris, quoniam cum investitura, non existantibus masculis, concepta esset pro una tantum femina, cessante declaratione Domini, vel primi acquirentis, debita dicitur antiquiori seu majori natu Gratian. discept. 30. num. 12. Ciriaco. controver. 56. num. 7. Gabr. conf. 85. num. 6. & 7. lib. 2. Et ceteri apud Ciroch. discept. 80. num. 55. ac habetur etiam in Civitatis Castelli hoc eodem tit. disc. 9. sed hoc erat levissimum objectum quolibet discursu indignum, cum alia non adesse filia femina, quæ concurreret, quo casu inter plures concurrentes, volenti obtinere ratione qualitatis, incumbit onus, eam probare, tanquam suæ actionis, seu intentio-nis fundatum, fecus autem nemine concurrente, cum tunc pluralitas non presumatur, ut advertitur in hujus causa decisione, ubi aliquæ desuper deducuntur autoritates in principio adeo claro non desiderandæ.

Tertiò objiciebatur de expiratione ejuscumque juris Catharinae aetris, ex eo quod dicta investitura innovata de anno 1620. cuius jure ipsa veniebat, contineret conditionem renovationis de 29. in 29. annos, & consequenter per innovationem statuto tempore non obtentam, quodcumque jus evanescat; Sed pariter, inspecta etiam veritate, erat leve objectum, quoniam quicquid sit de caducitate ob renovationem in tempore non petitam, quoties tempus est limitatum pro investitura terminatione, ex deductis per Manic. de tacit. lib. 22. tit. 23. num. 15. Greg. dec. 348. decis. 215. num. 1. & 2. par. 1. rec. Bonon. bonorum emphyteuticorum 30. Aprilis 1949. Celſo inter suas decis. 62. num. 5. & in aliis.

Difficultas cessabat in radice, quoniam juxta distinctionem, de qua in Bonon. bonorum de Campeggiis hoc eodem tit. disc. 53. Greg. & Adden. dicta decis. 348. in fine decis. 438. par. 1. rec. Duran. dec. 402. num. 7. 243. num. 8. par. 10. rec. ead. dec. Celſi in fin. & in aliis, id procedit, quando tempus adjectum est gratia terminanda concessionis, qua proinde in substantia sit ad tempus determinatum, secus autem ubi esset perpetua, sive ad certas generationes, cum obligatione petendi renovationem singulis quibuscumque temporibus, quoniam tunc haec renovatione non importat suscitationem seu fidem continuationem investitura, sed solum illa durante quamdam Domini cautelam ad meliorem dominii probationem, sive ob utilitatem emolumendorum, quæ pro hujusmodi renovationibus solvi solent, & in quibus magis, quam in canonicibus seu annuis præstationibus, Ecclesiastis utilitas consistere solet, ut latius in dicta Bonon. de Campeggiis disc. 53.

Demum objiciebatur de præscriptione juris petendi renovationem, stante lapsu annorum 40. & ultrà, quod haec bona in diversam lineam transierant, sed pariter hoc objectum nullius ponderis erat, quoniam ultrà quod hoc jus petendi renovationem, quoties à Domino alteri facta est concessio, non restringitur ad annum & diem, sed durat spatium annorum 30. ut decis. 46. num. 36. & dec. 143. par. 10. rec. Adhuc difficultas cessabat ex facto, dum aetrix non veniebat jure renovationis investitura finita ob aquitatem derivatam à l. i. ff. de aqua quotid. & aſſiva, sed veniebat jure vocationis ex investitura adhuc durante, ad quem effectum, sive Dominus concessisset alteri, sive non, requiritur longissima præscriptio, cujus praxis nunquam vel nimirum raro in foro cernitur, quoniam ex hodie in foro

foro recepta opinione etiam adversus præscriptio- dictam propositionem frequenter practicare studen- nem longissimi temporis 30. vel 40. annorum da- tes , paulatim locoru[m] habitatores ferè omnibus tur restitutio in integrum ratione justæ ignorantia bonis spoliarent. Ita ut commercium exulare coge- ex clausula generali, si qua mibi , ex copiose collectis retur, ut constat ex decisionibus editis in causa Fo- 12 per Adden. ad dec. 3. p. 3. rec. ubi etiam dictum lon- rosempronien. coram Roias inter suas decis. 96. 132. & gissimum tempus effluxisset sub ætate majori, sub- 13 151.
ducta ætate pupillari & minori non computanda. Et Idcirco de justitia , ac æquitatis summaratione, clarior in hac facti specie ob non apertam actionem, sequendo vestigia prædecessorum , præsertim Boni- seu vocationem, nisi de recenti , cum Joannes faccius in Lombardia , hoc idem de anno 1642. con- 2 cessit pluribusdicti Status Urbini dioecesis, præ- 13 152. fertim Eugubina , ut scilicet expirata concessione , factaque casu devolutionis bonorum emphy- ppteræa intrat vulgaris regula textus in finali Cod. de teuticorum , Ecclesiæ non possint pro se ea annali præscript. quod non valenti agere non currit retinere, sed de necessitate deberent alii concedere, proximioribus scilicet vel hæredibus ultimi morientis , quatenus ad sint juxta æquitatem originaliter attributam glof. & Bart. in leg. l. ff. de aqua quotidiana , & aestiva , à natura emphyteulis regulandam , & in istorum defectum aliis sibi bene vitis pro consueto canone, qui moderatè augeri possit, ita tamen, quod non excedat fructuum quinquagesimam, nisi de præterito solitum esset in majori quantitate praefari, solutoque laudemio de jure seu consuetudine aut conventione debito, ut liquet ex dicto mo- tri proprio impresso post decis. 7. apud Paitell. in ex- pedit. seu decis. Vrbini.

EVGVBIN A

S E U

FANEN. RENOVATIONIS

P R O

ABBATE ET MONASTERIO SAN-
CTI PATERNIANI FANEN.

C U M

DOMINICO BALLEONO.

Casus decisus per Rotam pro Dominico.

An pro renovatione de necessitate conce-
denda per Ecclesiæ in aliquibus dioce-
sis Status Urbini augeri possit laude-
mum, Et ad quam rationem istud debea-
tur.

S U M M A R I U M .

De indulto Urb. VIII. concessio in Statu Ur-
bi super necessaria renovatione , & de
eius ratione.

2 Casus controversia.

3 Ubis renovatio debetur, intelligitur cum eisdem con-
ditionibus ab alio oblatis.

4 Resolutio Rotæ super quantitate laudemii solvenda.

5 Distinguuntur species laudemiorum.

6 De ratione resolutionis, qua magis probabilis ve-
detur.

7 Declaratur conclusio, de qua num. 3.

D I S C. V.

Considerans Urbani VIII. rationes,
sepi[us] hoc titulo, & in altero de feu-
dis deductam, quod bona emphy-
teutica per Ecclesiæ concedis soli-
ta, præsertim in Lombardia , &
milia , Statu Urbini , & aliquibus
aliis Italia provinciis , attenta eorum natura erant
de dominio privatorum , atque ab ipsis voluntarie
data Ecclesiæ pro quadam protectione , seu securi-
tate à confiscationibus, aliisque infortuniis, que re-
troactis bellicosis saeculis frequenter practicabantur,
ita ramen quod eisdem privatis , sub quadam
modica recognitione concederentur. Atque exper-
tus indiscretas Juristarum propositiones , utreno-
ratio, expirata concessione, concedi debeat ultimi
deficientis proximioribus, quatenus tamen Eccle-
sia nolit pro se retinere , unde propterea Ecclesiæ
Prælati & Rectores , majoris redditus studio,

dicitam propositionem frequenter practicare studen-
tes , paulatim locoru[m] habitatores ferè omnibus
bonis spoliarent. Ita ut commercium exulare coge-
retur, ut constat ex decisionibus editis in causa Fo-
rosempronien. coram Roias inter suas decis. 96. 132. &
151.

Idcirco de justitia , ac æquitatis summaratione, sequendo vestigia prædecessorum , præsertim Boni- faccius in Lombardia , hoc idem de anno 1642. con- 2 cessit pluribusdicti Status Urbini dioecesis, præ- 13 152. fertim Eugubina , ut scilicet expirata concessione , factaque casu devolutionis bonorum emphy- teuticorum , Ecclesiæ non possint pro se ea retinere, sed de necessitate deberent alii concedere, proximioribus scilicet vel hæredibus ultimi morientis , quatenus ad sint juxta æquitatem originaliter attributam glof. & Bart. in leg. l. ff. de aqua quotidiana , & aestiva , à natura emphyteulis regulandam , & in istorum defectum aliis sibi bene vitis pro consueto canone, qui moderatè augeri possit, ita tamen, quod non excedat fructuum quinquagesimam, nisi de præterito solitum esset in majori quantitate praefari, solutoque laudemio de jure seu consuetudine aut conventione debito, ut liquet ex dicto mo- tri proprio impresso post decis. 7. apud Paitell. in ex- pedit. seu decis. Vrbini.

Cum autem de anno 1645. per obitum Cathari-
næ de Bellincominibus absque prole , scripto hære- 4 de Dominicu Balleono viro , devoluta essent quæ-
dam bona emphyteutica ad Monasterium Sancti
Paterniani Fanen , Atque stante necessitate ex dicta
Urbani Constitutione aliis concedendi , Monaste-
rium illa concessisset Mariotto de Mariottis, Monas-
terii Advocato ad tertiam generationem pro con-
sueto canone , cum solutione laudemii in summa
scutorum 300. Post aliquos annos insurrexit præ-
fatus Dominicus , Catharinæ ultime morientis hæ-
res, prætendens sibi dictam renovationem debitam
esse , pro ut introducta lite in Rota pro eo in ex-
clusionem Mariotti resolutum fuit sub die 20. Apri-
lis 1654. coram Celsi , ut liquet ex decisione desu-
per extensa impresso apud Paitell. decis. 6. & inter illas
eiusdem Celsi , dec. 192. quæ in hoc puncto nece-
ssaria renovationis, in sequentibus controversiis, tan-
quam magistralis circumferri solita est.

Sopita dicta controversia, exorta est altera inter
dictum Balleonum in renovatione ut supra antela-
tum , & ipsum Monasterium super quantitate lau-
demii, assumptaque disputatione coram eodem Celsi ,
pro quanto laudemio renovatio facienda sit; Ex
parte Monasterii , Ego & ceteri scribentes diceba-
mus, dictum Urbani indultum , de duobus tantum
præceptivè disponere, de necessaria scilicet renova-
tione concedenda proximioribus , vel hæredibus
ultimi deficientis , & in istorum defectum aliis , ita
ut Ecclesia nec pro se retinere , nec aliis gratificari
valeat , & de canone non augendo ultrà quinqua-
gesimam , super laudemio autem nihil disponere ,
sed tantum loqui relativè ad juris dispositionem vel
consuetudinem , seu conventionem; Unde cùm de 6
jure nullibi cautum habeatur quantum hoc laude-
mum esse debeat , neque ex altera parte doceretur
de consuetudine taxam aliquam inducente ; Hinc
proinde remanebat casus conventionis à dicto mo-
tu proprio expressè preservatus , cum nihilominus
sufficeret illum esse omissum , ut cessante legis di-
spositione intret conventio inita cum Mariotto ,
juxta quam solutio facienda erat.

Quia obligatio Domini de renovando , intelli-
gitur cum eisdem legibus & conditionibus , cum 7
quibus